



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 103. Barbarossæ Piratæ extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

finem quarti sæculi sub Imperio Theodofii Magni concinnatam, in qua indicantur itinera, quæ per potiffimam Imperii Occidentalis partem Romanorum copiæ tum tenebant. Hæc tabula ideo a docto hoc Auctore nomen adepta est, eo quod hic illius possessor eandem cum ingenti sollicitudine conservasset, eamque quadragesimo post illius obitum anno Marcus Velferus edi curasset. Ceterum Peutingerus posteris reliquit quam plurima opuscula, atque inter alia *sermones convivales &c.*

Sæcul. XVI:
A.C. 1547.

§. CIII.

Barbarossæ Piratæ extrema.

Mense Majo ejusdem Anni Turcicum Imperium amisit celebrem Barbarossam Algeriæ Regem, ac supremum suæ classis Præfectum. Hic reficiendæ classi suæ, novisque ædificandis ad navalia triremibus maxime intentus Constantinopoli octogenario major morte sublatus est, ejusque jacturam Solimanus summo dolore percipiens, eidem Droghatum in classis imperio suffecit.

§. CIV.

Ferdinandi Cortesii obitus.

Hoc item anno naturæ debitum solvit Fernandus, seu Ferdinandus *Thou l. c. Spond. 29.*
Hist. Eccles. Tom. XXXIX. G g Cor-